



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

10. Soluenda ne sit gabella ex venditione facta vi pacti reuendendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

lius emolumentum percipit, cur emptor percipere non poterit fructus rei empta. Arque ita tradunt Covarrua, Molina, Fachineus, Lellius loc. cit. Quod si res empta fructus nondum produxit tempore redemptionis, est tamen ut producat culta, & preparata eius cultura, & preparationis æstimationi emptori competit, quam ei satisfacere debet redimens. Vt bene aduertit Mol. loco cit.

Verum si redemptio statuitur diverso pretio celebranda, cum tunc nouus contractus emptionis, & venditionis celebratur, spectantur erit valor rei simul cum fructibus pendentibus tempore reuenditionis, & iuxta illum pretium augendum, vel diminuendum erit. Vt notauit Lellius dict. diu. 15. num. 123.

§. X.

Soluendane sit gabella ex reuenditione facta vi pacti reuendendi?

- 1 Ex reuenditione sub pacto reuendendi gabella debetur.
- 2 Ex reuenditione nisi diuerso pretio fiat non debetur.

EX venditione sub pacto reuendendi ferè omnes Doctores Anton. Gom. lib. 1. var. c. 2. numero 31. & leg. 70. tauri num. 20. Pinel. in leg. 2. Cod. de rescind. vendit. 2. p. c. 3. numero 36. Lellius de decima vendit. c. 14. numero 36. Molin. disp. 374. circa finem. conueniunt gabellam culibet venditioni, & emptioni appositam debitam esse, quia vera est, & absoluta venditio, tametsi sub pacto, & conditione resoluenda.

Atamen ex reuenditione postmodum subsecuta ex vi prædicti pacti nulla gabella debita est, vt præfati doctores docent, quia illa non est propria venditioni, sed prioris venditionis decisio, & resolutio nec voluntaria, sed necessaria ex vi pacti in priori venditione iniiti. Secus videtur dicendum, si conuenient contrahentes de redimenda re diverso pretio iuxta qualitatem, & æstimationem rei tempore redemptionis, quia eo casu conuenient de celebrando nouo contractu, nouaque venditione, & emptione. Et idem est dicendum, si pactum esset de redimenda re intra quinquennium, & antequam illud esset elapsum ad aliud quinquennium prorogaretur redemptio, quia illa prorogatio præstat redemptionem postmodum subsequatam non fieri vi primæ venditionis, & ex pacto in ea imbibito, sed vs secundi pacti, ac proinde nouum esse contractum censendum. Ad idem est si conuenies cum tibi reuendens esto eodem pretio ac illam accepit nouam instituit venditionem gabellæ subiectam. Sic cum Lazarte, dicto cap. 14. obseruat Mol. d. disp. 374. ad finem.

PUNCTVM XXXII.

De venditione sub pacto legis commissoriae, & adiectionis in diem.

- 1 Quæ sit hæc venditio sub pacto legis commissoriae, & adiectionis in diem.
- 2 Apponitur hoc pactum in fauorem venditoris.
- 3 Quis eius effectus.
- 4 Debet incontinenti apponi, non ex interuallo.
- 5 Item debet directis verbis concipi.
- 6 Id tamen non est necessarium in pacto adiectionis in diem.
- 7 Ex pacto reuouendendi plures affirmant dominium absque traditione in venditorem reuerti.
- 8 Verius est traditionem necessariam esse.
- 9 Soluuntur fundamenta opposita.
- 10 Res cum fructibus perceptis reddenda est venditori.
- 11 Ex his venditionibus debent gabellam affirmant plures.
- 12 Contrarium verius est.

Venditio sub pacto legis commissoriae instituitur, cum res vendis Titio ea conditione apposita, vt intra mensem, vel annum pretium non soluerit, inempta sit. Sic habetur, leg. 1. & per totum ff. de lege commissoria. & leg. commissoria. Cod. de pactis inter empt. & vendit. & leg. regia 38. tit. 5. par. 5. Vocatur autem hoc pactum legis commissoriae, quia lege fingitur incidere in commissum qui pretium statuto tempore non soluit, sicuti incidit feudatarius non soluens pensionem. Venditio sub pacto adiectionis in diem concipitur, si vendas rem conditione apposita, vt si intra mensem, vel annum alius meliorem fecerit emptionem res sit inempta. Censetur autem melior emptio fieri, si maius pretium, vel commodior solutio offeratur iuxta leg. si quis hac. ff. de rei

vindicat. & leg. 1. & per totum ff. de in diem adiectione. & leg. 4. tit. 5. par. 5.

Hoc pactum censetur factum in fauorem venditoris, quia ipse in sui commodum eam conditionem apponit. Quare emptor non soluit pretium statuto tempore liberum est venditori velle rem esse inemptam, vel agere ad pretij solutionem. l. 2. & 3. ff. de lege commissoria. Et idem est de pacto adiectionis in diem, libetum est venditori alter meliorem, seu commodiorem offerat emptionem vel reuenditionem præteritam nullam esse, aut eam approbare. leg. 2. & 3. leg. eum qui, & leg. Sabines. ff. de in diem adiectione. Sic Anton. Gomez, 2. var. cap. 2. n. 30. Covarrua, 3. var. cap. 8. n. 1. Molin. disp. 378. in princ.

Effectus huius virtusque pacti est venditore volente reuenditionem nullam esse, Dominium rei venditæ ad venditorem redit ipso iure, & absque vlla actione, ita vt à quocumque res possideatur vendicari possit. Nam de pacto legis commissoriae colligitur ex leg. commissoria. Cod. de pactis inter empt. & vendit. & leg. vlt. ff. de lege commissoria. Ede pacto adiectionis in diem habetur leg. si quis hac. ff. de rei vindicatio. & leg. si ex duobus. §. sed & Marcellus. ff. de in diem adiectione, & notant ex communi sententia Doctores Anton. Gomez, d. n. 30. Covarrua. n. r. Molin. disp. 278. §. tertio.

Vt autem hoc pactum legis commissoriae, & adiectionis in diem hunc effectum habeat, oportet vt in continenti adiciatur venditio, nam si ex interuallo fiat, non reuenditio venditori neque dominium ad venditorem reuertitur absolute traditione. Vt ex Glossa. in leg. ab emptione. ff. de pactis. Baldo, Iafone & aliis præfatis Anton. Gom. Covarrua. Molin. loc. alleg.

Deinde necessarium est, vt pacto legis commissoriae verbis directis explicetur contractus prioris rescissio, & annullatio ipso facto sicuti cum dicitur, res sit inempta, venditio contractus sit nullus, nullum valorem habeat, habeatur pro iniectis, iuxta leg. vltim. §. 1. ff. de rescind. vendit. & pluribus comprobatur Anton. Gomez, 2. var. cap. 2. num. 30. item adde Covarrua, 3. var. cap. 8. num. 1. Alias si verbis obliquis pactum conciperetur, qualia sunt quæ potius contractus cessationem, quam illius rescissionem & annullationem significant, vt sunt: dissoluitur contractus, sit dissolutus, res ad me reuertatur, restituetur &c. non habebit effectum transferendi ipso iure dominium in venditorem, sed indigebit traditione, quia illud non est pactum legis commissoriae, & adiectionis in diem proprie, sed potius est censendum pactum reuouendendi. Sic communis sententia, quam reuertur, & sequuntur Covarrua, & Anton. Gomez supra Molin. §. Doctores, & habetur expressè leg. 3. Cod. de pactis inter empt. & vendit.

De pacto adiectionis in diem est communis sententia censetur verbis obliquis concepto non restitui dominium venditori ipso facto. At Covarrua 3. var. cap. 8. num. 1. §. secundo. dubius est, & in partem contrariam propendens, quam absolute approbat Molin. disp. 378. §. Doctores ob Terrens. in leg. si quis hac lege. Digest. de rei vindicatio. vbi si pactum concipitur sub hac lege, si alius meliorem conditionem attulerit, recedatur ab emptione: post allatam conditionem, inquit Vlpian. iam non potest in rem actione vt. Sed est cui in diem adiectus sit fundus, antequam adiectio facta sit vt in rem actione potest, postea non potest. Ecce qualiter emptori conceditur vt actione in rem emptam ante allatam meliorem emptionem, secus postmodum. Neque valet dicere prædictum pactum factum esse sub verbis directis, nam id falsum esse manifestè conuincitur cum autoritate Bart. in dicta l. si quis hac, & Saliceti in l. traditionibus. Cod. de pactis. Tum quia verbum recedatur proprie & formaliter significat cessationem contractus, non ipsius annullationem. Quod si dicas eam Bart. allata conditione non concedi emptori actionem rei vindicationis aduersus venditorem, quia potest ab ipso venditore repelli exceptione pacti, bene tamen aduersus quemlibet alium, obstat, quia luteconsultus ab soluit decidit ante allatam meliorem emptionem competere emptori actionem in rem, quæ actio non competit solum aduersus venditorem, sed aduersus quemlibet alium. Ergo post allatam meliorem emptionem non solum aduersus venditorem, sed aduersus quemlibet alium ea actio cessat. Quod si inquiras, quare in pacto legis commissoriae concepto verbis obliquis non reuertatur in venditorem dominium rei venditæ, bene tamen in pacto adiectionis in diem dic eam esse rationem, quia in pacto legis commissoriae apponitur in partem emptoris ob pretium non solutum, ideoque mitius agendum est. At in pacto adiectionis in diem reuertitur dominium in venditorem ob eius commodum, cui merito fauendum est, & extensio facienda.

Gravis tamen est difficultas, An eandem effectum translationis dominij operetur pactum de reuouendo verbo directis conceptum: vt si dicas, vendo tibi fundum ea conditione, vt si intra quinquennium tibi pretium reddidero inemptus sit? Affirmat communis sententia in l. si à te. Cod. de pactis inter empt. & vendit. quam tibi sequitur Paul. de Castro, salicet.